nera livida, Item in facie partis dextre vulnus lividum, item in
brachio sinistro vulnus lividum, et in cubito eiusdem manus sinistre
lividum, item lividum vulnus in brachio dextro, item in latere dex
tro vulnus lividum, que vulnera prefatus Waszko Baczinsky domi
nus ipsius protestabatur esse prefacto olim Felici Lewkowicz
facta ferme noctis tertia apud laboriosum Gyer subditum ipsius
Waszko Baczinsky e die sabbato in diem dominicam ante festum
Circumcisionis Domini, per Nobiles Iwan Luzim Baczinsky prin
cipalem et Iwan Baczinsky filius olim Nobilis Andrey
Baczinsky complices, ex quibus vulneribus protestabatur
predictum Felicem vita privatum esse, Cuius vero corpus eiusdem
interempti in villa Baczina ecclesia ritus Greci dedicationis
sancti Adalberti die lune ante festum Circumcisionis Domini proxi
me preterito sepelivit, predictus Waszko in presentia multorum
hominum prout ad sepulturam congregati se proclamasse ac
notitiam [illegible] omnibus astantibus dedisse, predictum olim Felicem
Lewkowicz famulum predicti Waszko Baczinsky ex vulneri
bus prefatis per eosdem Nobiles Iwan Luzim principalem et
Iwan Baczinsky utrosque complices Baczinskie sibi illatis
vita functum esse, eosdemque Baczinsky e ipsi occiso causa mortis
extitisse, recognovit, et prefati Nobiles illius relationem
attestati sunt

Vulnera Baczinski ostendit

Ad officium et acta presentia castrensia Premisliensia veniens personaliter
Nobilis Waszko Baczinsky dictus Kochel, ostendit eidem officio vulnera
corporis sui infrascripta videlicet percussionem cutis ad effusionem sangui
nis in primis unam in fronte partis dextre, alteram percussionem
cutis ad effusionem sanguinis in fronte partis sinistre, duas
vero percussiones in manu sinistra infra cubiti, In manu ve
ro dextra similiter infra cubiti duas percussiones cutis, que
vulnera protestabatur sibi inflicta per Nobiles Iwan Luzim
principalem, et Iwan filium Nobilis Andrey [illegible] complices, Ba

czinskie, in domo laboriosi Gyer, subdito ipsius protestantis
facta ferme noctis tertia e die sabbato in diem dominicam ante
dictum festum Circumcisionis Christi Domini proxime preteritum, offi
cium itaque, iuxta statuta Regni de premissis sancita vidit et
debite conspexit easdem vulnera prout demonstrabantur super
predicto Waszko Baczinsky, super quod memoriale positum est

Mercator de Uscie quietat Mo czarski

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus castrensibus Premi
sliensibus Famatus Antonius [illegible] et Mercator de oppido Uscie
subditus Magnifici Nicolai Myelieczky de Mielcza Pallatini
Podolie, Grodecensis et Nove Civitatis Korczin Capitanei, mente
et corpore sanus existens publice recognovit, quia honestum
Iwan Moczarsky subditum sacre Regie Maiestatis ad Capitaneatum
Premisliensem pertinentem de summa viginti florenorum [illegible] pro qua
summa viginti florenorum [illegible] Famatus [illegible] olim
et Famati [illegible] Notarii civilis Colomiensis relicte pro eodem
fideiusserat cum receptione eiusdem summe ab eodem Moczarsky
quietat perpetue sibi et suis successoribus omnia premissa
cum impensis solutione [illegible] una personali recognitione mediante

Tabernator de Jaszkmanicze transfun dit Briskowski

Veniens personaliter ad officium actaque presentia laboriosus Ma
sko filius olim laboriosi Iwan [illegible] Tabernatoris de vil
la Jaszkmanicze sacre Regie Maiestatis ad Capitaneatum Premisli
ensem pertinentem, obmisso [illegible] foro [illegible] competen
[illegible] castri Premisliensis se successores bonaque
sua omnia mobilia et immobilia [illegible] subiiciens sanus mente
et corpore existens non compulsus nec coactus [illegible] seductus [illegible] et be
ne [illegible] recognovit, quia ille existens unus ex succe
ssoribus olim prefati Iwan [illegible] Tabernatoris ad quem quantum pro eius
interesse pertinet possessionem taberne dicte [illegible] sacre Regie Maiestatis inter